



REVERENDIS
ADMODVM
PP. ABBATIBVS
Congregationis Cassinensis,

D. IACOBVS DE GRAFFIIS CAPVANVS,
ex eadem Congregatione Monachus,
æternam fœlicitatem.



OSTRAE caput, ac summam religionis esse, prodesse quam plurimis, permulti, ijdemque sanctissimi viri egregie commonstrarunt; quorum in numero iure, meritoque habendus est nostræ parens, & conditor Societatis, D. Benedictus, qui illustri loco natus, nobilibusque disciplinis eruditus, ab omni tamen furo, omnique ambitione remotus, ita se diuino cultui dedit, ita Christianæ officia pietatis exercuit, vt multos ad vitæ integritatem, & cœlestium bonorum contemplationem, atque admirationem,